Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





et qui p̃cessor: est sic ministrator
Nam ds maior est qui recubit
an qui ministrat? Nonne qui
recubit? Ego aũt in medio vestri
sũ: sicut qui ministrat: Vos aũt
estis qui permansistis mecũ in
temptacõnibus meis Et ego
dispono vobis sic disposuit mihi
pr̃ meus regnũ: ut edatis
et bibatis sup mensam meam
in regno meo: et sedeatis super
thronos iudicantes duodecim
tribus israel Ait aũt dns symo
ni Symon symon: ecce satha
nas expetiuit vos ut cribraret
sicut triticũ Ego aũt rogaui
pro te ut nõ deficiat fides tua: et
tu aliquando conuersus confir
ma fratres tuos Qui dixit ei
Dñe: tecũ paratus sũ et in carce
rem et in mortẽ ire Et ille dixit
Dico tibi petre: nõ cantabit ho
die gallus donec ter abneges
nosse me Et dixit eis Quando
misi vos sine sacculo et pera et
calcamentis: numq̃d aliq̃d defuit
vobis? At illi dixerũt Nichil
Dixit ergo eis Sed nũc qui hãt
sacculũ tollat similiter et peram:
et qui nõ hãt vendat tunicã su
am et emat gladiũ Dico enim
vobis: qm̃ adhuc hoc q̃d scriptũ
est oportet impleri in me: et cũ cã
nimiquis deputatus est Etenim
ea que scripta sũt de me: finem
habẽt At illi dixerũt Dñe: ecce
gladij duo hic At ille dixit eis.
Satis est Et egressus ibat sũ
cõsuetudinẽ suã ad mõtem oli
uarũ Secuti sũt aũt illũ et
discipuli Et cũ peruenisset ad lo
cũ: dixit illis Orate ne intretis
in temptacõnẽ Et ipse auulsus
est ab eis quãtũ iactus est lapi
dis: et ponens genuibus orabat
dicens Pater: transfer calicẽ
istũ a me. Verũtamẽ nõ mea
voluntas sed tua fiat Apparuit
aũt illi angelus de celo: cõfor
tans eũ Et factus in agonia
prolixius orabat: et factus est
sudor eius sicut gutte sanguinis
decurrentis in terrã Et cũ sur
rexisset ab oratione et venisset
ad discipulos suos: inuenit eos
dormientes pre tristicia Et ait
illis Q̃d dormitis? Surgite
orate: ne intretis in temptacio
nẽ Adhuc eo loquente: ecce tur
ba et qui vocabatur iudas unus
de duodecim antecedebat eos.
et appropinquauit ihũ ut osc
ularetur eũ Ihs aũt dixit illi
Iuda. osculo filiũ hois tradis?
Videntes aũt hi q̃ circa ipsũ
erant q̃d futurũ erat: dixerũt
ei Dñe: si percutimus in gladio?
Et percussit unus ex illis seruũ
principis sacerdotũ: et amputa
uit auriculã eius dexteram